



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 46. Errores in Polonia ab Ochino sparsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. Ibidem cum Lelio Socino, Alciato,
A.C. 1563. aliisque sæpius conferebat, ac in Po-
 loniam delatus, cum ibi jam cognitus
 esset, in quadam spurixæ reformationis
 Ecclesia prope Cracoviam Minister crea-
 batur: cum autem quidam Itali Merca-
 tores Virum visendi curiositate impulsi
 eundem e suggestu declamantem au-
 dire desiderarent, ut proprio aurium
 testimonio intelligere possent, an idem,
 qui suis sermonibus tantam nominis
 sui famam per universam Italiam sibi
 comparaverat, adhucdum pari eloquen-
 tia insignis esset: ait illum, postquam
 cum eo versari cœperant, tanquam
 hominem reapse fanaticum experiebantur;
 quippe se verum esse Christi Apo-
 stolum jactitabat, & plures labores,
 ac ærumnas pro nomine, & Dei gloria,
 necnon pro dilucidandis fidei mysteriis
 sustinuisse dicebat, quam ullus Aposto-
 lorum: affirmabat quoque, quod ipsius
 doctrinæ, quamvis ei Deus, quemad-
 modum Apostolis, non concesserit mi-
 raculorum donum, non minor fides sit
 habenda, eoquod re ipsa ipsi hoc do-
 num Deus dederit.

§. XLVI.

*Errores in Polonia ab Ochino
 sparsi.*

Insu-

Insuper in Polonia errores, qui in ejus
 dialogis, aliisque libris continentur,
 in vulgus spargebat, atque inter cete-
 ros asseribat, quod nunquam Spi-
 ritum sanctum esse Deum in sacris
 Paginis legerit, ac libentius ad suum
 monasterium redire quam hunc Arti-
 culum credere velit: præterea sequen-
 tes etiam prædicabat Blasphemias.
 I. Christus non est magnus ille Deus,
 sed duntaxat Filius Dei, hoc autem ei
 ideo tantum convenit, quia plus, quam
 ceteri homines, a Deo fuit dilectus, at-
 que honoratus. II. Christus nonnisi
 ex adulatione, & mero Monachorum
 invento appellatur Deus. III. Sicuti
 Maria duntaxat adulandi studio voca-
 tur Mater Dei, Regina cœli, atque
 Angelorum Domina, ita etiam per me-
 ram adulationem Monachi stabilierunt,
 & Christum prædicarunt consubstantia-
 lem, coæternum, & suo Patri coæqua-
 lem. IV. Homo conjugatus, qui ste-
 rilem, atque ægrotam, vel fastidiosæ
 iudolis mulierem duxit, confestim a
 Deo continentia donum petere debet,
 atque hoc donum, si illud in fide po-
 stulaverit, obtinebit: si vero Deus illud
 non concedit, aut ad illud cum fructu
 petendum fidem necessariam denegat,
 absque peccato ejusmodi homo sequi
 poterit impulsus, quem certo a Deo
 provenire cognoscet.

§. XLVII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Gratian l. c.